



17.

EPISTOLA AD ILLVSTREM VIRVM
HERMANNVM DE NEVVENAR
COMITEM HVTTENIANA
QVA CONTRA CAP
NIONIS AEMV
LOS CONFIR
MATVR.

EPISTOLA AD RUFUM VIRVM
HERMANNVM DE REVBAS
CONTRM HVTTEMANA
QVA CONTRA CAP
NICIS ABVS
EVS CONTRA
MARTIN

HVL
II

serit pefsi
spurcum
quid tibi
magnū il
omniū i
doctorum
ineant, qu
tum virū
nitates ha
piunt, alie
mihī subie
nos incid
de Capn
contaren
oblitū om
um patri
dicentiā n
enim, qui
cui parcu
arcem pu
cilijs, qua
matione
diuerfa fo
indoctissi
dax tame
vltq̄ agun
Decimat

HVLDERICHVS DE HVTTEN EQVES
ILLVSTRI DOMINO HERMANO
NO DE NEVVENAR CO
MITI SALVTEM.

¶ Ix ab equo descēderā. e Saxonib⁹ remittēte
principe mihi redditur, vna cū elegātis. tua
ep̄la illiteratis. Hogostrati libellus, in quo
p̄ter alios Capniōis amicos, te quoq; pu
ritatis suæ aspergit sordibus. Vide quo eua
serit p̄simorum hominū audacia. Libenter tamen legi
spurcum nugamentū. Non quo gratum mihi accidat, si
quid tibi molestū euenit, sed q̄ istiusmodi facinoribus,
magnū istos sibi vltro malū accersere video, vt sicut tu
omniū i Germania nobiliū doctissim⁹ es, omniūq; ibidē
doctorum nobilissimus, ita summū apud omnes odium
ineant, qui in inuidentiæ suæ stimulos in te, talem ac tan
tum virū exerere non sunt veriti. Ferre enim has indig
nitates hæc natio diutius non potest. Nec qui adhuc lip
piunt, aliquando non aperient oculos. Quod cogitant
mihi subit admiratio, quo malo nostro fato, in hos domi
nos inciderim⁹. In Italia certe nostri me puduit, quoties
de Capnionis afflictione orto cū Italīs sermone, illi per
contarentur, tantum licet in Germania fratribus? Adeo
obliui omniū esse possumus, vt quos ad diuinū obsequi
um patrimonijs nostris alim⁹, eos ad publicā vsq; males
dicentiā nobis esse molestos patiamur. Quid superbius
enim, quid indomitū magis hoc hominū genere? Aut
cui parcunt, si quando conscenderint illā petulantia suæ
arcem publicum suggestum? Quo naso, quibus super
cilijs, qua fronte, quibus lateribus in vniuscuiusq; existi
mationem debacchantur? Quorum de numero quanq;
diuersa sorte est apud Francofordium. Petrus Meyer,
indoctissimus puto omniū, qui Capnioni inuidet, au
dax tamen, & insigniter petulans. Hic vero, omniū qui
vsq; agunt malignitate perditissim⁹ Bartholomeus, qui
Decimator. Ita nullū apud rudem populū sermonē ha

A ij

bet verbero, quem non aliquo peruersitatis suæ vene-
no condiuerit. Ita nihil citra inuidiã loquitur. Ita in bo-
nos omnes obliquus semper est. Et in Capnionem quæ
dij boni maledicta, quã frequenter iaculatur? Qua in
opt. virum spurcitiã degrassatur? Quamq; hoc illi non
foeliciter admodũ cedit. Qui dum alijs studet apud insi-
mam plebem inuidiam conciliare, ipse se apud optimates
in periculosum iam pœne odiũ coniecit. Hanc faciem si
videres, ipsam te inuidiam videre diceres. A deo hominis
mores in corporis quoq; liniamentis natura expressit. Si-
mile quiddam Scorpionibus habet aspectus. Nam ut il-
lorũ cauda ad ictum semp est parata, ita huius cõditiõnis
torculi oris species, omni momento, ad omnemq; oc-
cursum ostendit iam iam aliquid hominẽ mali cogitare,
aliquod meditari maledictũ, aliquas struere insidias, ali-
quã fraudẽ neçtere. In summa aliquã coquere inuidiã.
Ita me amet Christus, vt ominosum mihi huius nebulæ
lonis fortuitũ omnẽ occursum esse arbitror. Atq; igitur,
quoquo iturũ præsciuerõ, statim inde diuerto. Proscidit
me nõ semel in sermonibus, neq; id obscure. Taleis nũc
habet Germania apostolos, tales euangelij præcones, se-
rendos illos quidem, vitia hominũ quatenus benigne ar-
guebant. Nunc cum omnia sibi licere putent, & ex libi-
dine cuius volũt maledicant, nullo religionis zelo, nulla
pietatis recordatõe euãgelij prædicent, p diuino vbo cõ-
uitia seminent, in publico sacro priuatam iniuriam vlti-
ciscantur, imo iniuriam ipsi inferant, ac innocentib; disci-
men obijciant, cũ hæc omnia superbe, crudeliter, immodi-
ce, ac insolenter faciãt, quid obstabit, quo minus aliquã-
do baculis ac lapidibus talis modi hypocritas obturbe-
mus? Quod si me audiat Germania, quãq; inferre Tur-
cis bellũ necesse est hoc tempore, prius tamen huic intes-
tino malo, remediũ apponere, q; de Asiatica expeditiõne
cogitare iusserõ. Nam quid Othomannorũ domũ, im-
perandi studio inimicam nobis, excisam tantopere cupie-
mus, si istos ferimus in medio nostri vniuersæ pietatis in-

uersores?
stolicã mi-
ac nouarũ
ab ecclesiã
illud inter-
lus, scedan-
uocem pu-
humetũ al-
la, quã dũ
non puni-
meo vt i-
niter fieri
cessit. obst-
aliquando
re, quod
satis esset
barbaries
ctui sint.
gressum cõ-
essem, vt
mutuo se-
nos haud
(nã de re
hinc Fran-
absuit, vt
se passim
la Bernæ
monasteri-
ro quod
tera aduen-
ctio, altera
conatibus
rũ ductu
hementes
nonnũq;
quoq; ad

uerfores: Christiane sinceritatē spurcatores: Fidē apo-
stolicā millefariā sp̄ scindētes: nouarū semp̄ diffensionū,
ac nouarū turbatū autores: Nisi vero obscurū est, quis
ab ecclesia strenuam gentem Bohemos adduxerit. Vt
illud interim silentio transeam Bernense prædicatorū sce-
lus, scēdam Germaniæ notam, ac in memoriā non re-
uocem publicam vrbis pestem Sergium monachū, Ma-
humeri alumnum, & reliqua sileam, omnis generis ma-
la, quæ dū nimīū, nimīū proh Christe, p̄i esse volumus,
non punimus, nō expiamus. Tu vero, quid cōsilio ibi
meo uti vis, cū tot ex epistolis meis, quid a nobis cōmu-
niter fieri velim intellexerit. Quācūq; interim dubitatio ac-
cessit, obstinatissime hos a nobis cōtemni, q̄ infensissime
aliquando impugnari prestat. Certe enim hoc contēne-
re, quod ego omnibus hæten⁹ Apologijs prætulī, non
satis esset videtur, ad illud, quod paramus, vt vigeāt l̄ræ,
barbaries exulet, docti in veneratōe, Scioli passim despe-
ctui sint. Id quod Christo adiuuante ad aliquē iā pro-
gressum deduximus, sed non quo oportet. Vtinā tecū
essem, vt consiliū hac in re meum disceres. Incipiunt isti
mutuo se conficere. Qui cū apud Francofordiū ante an-
nos haud mltos, super Diuę virginis Marię cōceptiōe
(nā de re tam nihili, om̄ia in contentionē protraxerunt,
hinc Franciscani, inde Prædicatores) digladiarent, parū
absuit, vt ingētis sibi mali autores ipsi essent, cōcitatus in
se passim principum ac Episcorū animis. Paulopost il-
la Bernæ quæ exarsit conflagratio, oībus Dominicaliū
monasterijs, haud obscurū minata est excidiū. Iam ve-
ro quod tu ignoras forte, Vuittembergæ in Saxonib⁹ al-
tera aduersus summi Pontificis autoritatem insurrexit fa-
ctio, altera idulgētias Papales adserit. Magnis vtrinq;
conatibus res agitur. Magnis virib⁹ certatur. Monachos
rū ductu partes cogrediuntur. Ipsi dulces, strenui, ve-
hementes, cōcitati, alacres, clamant, vociferantur, plorāt,
nonnūq; & fortunā incusant. Nouissime ad scribēdum
quocūq; adiecerūt animos. Factū librarijs negotiū, Vēdūt

A iij

propositiones, Corollaria, Conclusiones, & illi multis saepe exitiosi articuli. Sic spero fiet, vt mutui interitus causas sibi inuicem prebeant. Ipse de hoc negotio nuper factus certior, a quodam ex fratribus, hoc illi respondi, Consumite, vt consumamini inuicem. Opto enī, vt q̄ maxime dissideant inimici nostri, & pertinacissime se cōterant. Ac faxit deus Opt. Max. vt intereāt & emoriāt, qui surgentibus impedimento sunt literis. Quo aliquando enascantur, viua pulcherrimarum virtutum, quæ toties illi conterunt, plantaria, Tu tibi consiste comes nobilissime, teq; confirma. Me quidem in omnes euentus habebis & periculorū & laboris sociū. Traducā interim ad partes quos quos in principū aulis aptos eē videro. Sed & iā nunc multi clari viri nobiscū faciunt. Quippe Capnionis causam potēs in sua ciuitate tuetur apud Norimbergam Bilibaldus Pirckheymer. Augustæ Peutingærus. In Pannonijs & Viennæ Cuspianus, vterq; opibus pollēs, ac eruditione splendidus. Faciunt idē, qui Maximaliano Cæsari a consilijs sunt, magnus vir Iacobus de Banniljs. Iacobus Spiegel, et Io. Stabius. In Gallis vero hoc in Capniomastigas odium strenue alit, vir nobilis ac egregie eruditus Guilielmus Budæus. Et ibidem cōstanter nos tuetur Copus Basiliēsis regis a medicinis. Ac Stapulēsis Faber, qui Philosophiæ nostro æuo studiosissimum adiumentum attulit, apud nostrum autem Albertum quid aliquando omittit, quo quidem Capnionis exaltationi, illorū vero detrimento prospectum esse possit, Henrichus Stromer physicus, candidissimus literarum, ac literatorū amator, ac mihi ob id summe charus. Lipsiæ, quanq̄ pertinaciter adhuc reluctantur Sophistæ, erigunt se tamen literę, & augentur recta studia. Et Vuitenbergam a Fridericho principe accersunt qui Græce & Hæbraice doceāt. Iam vt ad illud redeā Episcoporum columen Albertum nostrum, dici non potest q̄ is consultum velit studijs. In admirationem te perducet, si quando videbis, huius ad Erasmum epistola, sic be

nigne salu
thecam illi
quicq̄ ex
nes te men
mento erit
obtulisset
libellū Pe
quidem, se
rissima iud
nium secu
fatus, Sic p
omnia spe
De aulica
stolam sed
expecto a
Interim ne
ne remissu
propono,
missum su
stris inter
bo q̄ incer
pecto ea q
metuāt. C
um. Porro
rint, valde
defensionē
ferendam
ctissime V
nas April

nigne salutat. sic cupide ad se vocat. Domi vero biblio-
thecam illius semper in manibus habet. Neq; Erasmi
quicq; exit quod non studiose legat. Cuius vt aliquid pe-
nes te memorabile sit, accipe rem facerem, sed quæ docu-
mento erit, quid de hoc principe sperandum sit. Cum illi
obtulisset Stromer omni conuictorum genere refertum
libellū Pepericorni aduersum Capnionis amicos, legit
quidem, sed lectum, vt ad ignem forte confederat, impu-
rissima iudei nebulonis maledicta detestatus, & hoc om-
nium seculorum memoria dignum Apophthegma præ-
fatus, Sic pereant, qui sic loquuntur, flammæ iniecit. Que
omnia spem faciunt nobis, eo quo tendimus euadendi.
De aulica consuetudine quæ obijcis mihi, quia non Epi-
stolam sed sermonem potius aut volumen desyderant,
expecto aliquod meum ocium, vnde me tibi expurgem
Interim ne crede aliquid a nobis de pristina consuetudi-
ne remissum. Aliquando in gratiam cum Musis redire
propono, si modo illæ mihi iratæ sunt, ob necessario ad-
missum superbi Martis studium, vt quæ sæpe prius in ca-
stris inter armorum strepitus pernoctarunt, Valde pro-
bo q; incendiarium cucullionem vlciscerit, & cupide ex-
pecto ea quæ promittis. Perge vt coepisti. Oderint, dum
metuant. Quanc; illud tibi cum multis cõmune erit odi-
um. Porro certum est bonos omnes, quicquid isti ode-
rint, valde probaturos Epistolam tuam quam ad meam
defensionē rescripsisti, nō accepi. Scribe cui dederis per-
ferendam. Intra quatrimum in Saxonas redeo. Tu res-
ctissime Vale, ac valetudinē tuere. Moguntia III. No-
nas Apriles Synceriter, citra pompam.

& illi mul-
ui interitus
otio nuper
li respondi,
o enī, vt q;
iffime se cō
& emoriāt,
uo aliquan-
m, quæ to-
romes nobi
euentus ha-
interim ad-
idero. Sed
quippe Cap-
id Norim-
Peuringe
rcq; opib; is
, qui Maxi-
acobus de
Gallis vero
vir nobilis
bidem cō-
licinis. Ac
uo studio-
um autem
m Capnio
ectum esse
lissimus li-
mme chas-
entur So-
cta studia,
ersunt qui
edeā Epist-
non potest
te perdu-
tola, sic be

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







503
Georgs-B.







17.

EPISTOLA AD ILLVSTREM VIRVM
HERMANNVM DE NEVVENAR
COMITEM HVTTENIANA
QVA CONTRA CAP
NIONIS AEMV
LOS CONFIR
MATVR.

